



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XII. Ad D. Adamum a Dietrichstein, Baronem Holeburgium &
Finccestenium, Caes. Consil. & Palat. Imp. Praefectum supremum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Mars ait: euge animi Princeps plenissime magni:

Sed mox venator, me duce, maior eris.

Me duce, cum regnis aliquando barbarus hostis

Incidet in casses, præda petita, tuos.

XII.

Ad D. Adamum à Dietrich-

stein, Baronem Holeburgium & Finc-

castenium, Cæs. Consil. & Palat. Imp.

Præfectum supremum.

Castor equis, Pollux canibus, sed uterque sagittis

Sectari docuit primus, ADAME, feras.

Post hos Hippolytus laqueis, & retibus usus

Primus, quas nequijt viribus, arte domat:

Claudit & insidijs valles venator Orion

Ensisifer: & Perseus, qui Iouenatus erat.

Quod pulcrum magnis fuit his heroibus, adsit

Si modus, hic quisquam cur sibi turpe putet?

Sit tamen ista ducum potiùs, regumque voluptas:

Et sibi quos jungunt hi propiore loco.

At mihi sunt Musæ dulces ante omnia: syluæ

Sunt alijs: sua sic quemque cupido trahit.

XIII.

D. Hermanno Adolpho

Comiti à Noua Aquila.

Si quis habet, quod ADOLPHE cupit, fruiturq;

Felix, plus felix, qui cupit ipse nihil. (cupito:

A S Ad